



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

G

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

pro reliquis : Congreg. Episc. in vna Ma-
cerat. Juny 1583.

Gratiæ.

- 1 Ro gratia, vel iustitia obtinenda in Curia prohibetur dari aliquid, vel promittere, sub pœna excommunicationis latæ sententiae reseruata absolitione Papæ. Gregor. XIII. Anno 1573.
- 2 Ampliatur etiam respeçtu quorumuis tribunalium, etiam laicalium, in toto statu ecclesiastico, sub eadem pœna, & alijs. Clem. VIII. apud Naldum. *Gratia numero 14. Et habetur in Bulla de Bono regimine. §. 22. 15. August. 1592.*
- 3 Falsò obtenta in criminosis summa-
riæ recognoscantur ab Episcopo, &
reiecientur. Trid. *sess. 13. cap. 5.*

Græcorum iura.

- 1 Ræci degentes in locis Latinis ; &
eorum Ecclesiæ, & pia loca sub-
iecta sunt Episcoporum Latinorum vi-
sitationi, & omnimodè iurisdiictioni,
reseruatis eorum approbatis ritibus. Pius
IV. A. 1564.
- 2 Ne Græci latino more Missas, &
divina officia celebrent, nec Latini è con-
tra sub pœna suspensionis perpetuae di-
uinis. Pius V. A. 1566.
- 3 Ritus quoque proprij circa Sacramē-
ta seruentur, ex Clement. VIII. Decre-
to apud Quar. in summ. Bullar.
- 4 Fidei professio fiat à Græcis iuxta for-
matum data à Gregor. XIII. apud Quar.
ibidem.
- 5 Mulieres Latinæ datae Græcis in ma-
trimonium ne permittantur vivere ritu
Græcorum. Cong. Episc. 20. Febr. 1590.
¶ *Præcedentia num. 5.*

Hæretici.

- 1 In locis Italijæ, & insularum adia-
centi nullus hæreticus quouis præ-
textu domicilium contrahere, habita-
re, aut morari possit. Gregor. XV. An-
no 1612.
- 2 Neque cuiquam liceat hæreticos re-
ceptare, opem ferre, fauorem, &c. idem
ibidem.

- 3 Et contra prædictos procedatur iuxta
formam iuris, & puniantur. idem *ibi-
dem.*
- 4 Itali quicunque ne audeant habitare
in loco hæreticorum, in quo non est
aliqua Ecclesia cum sacerdote catholi-
co. Clem. VIII. An. 1596.
- 5 Abstineant item à matrimonio cum
hæreticis mulieribus, hæreticorum se-
pulturis, & mutuo compatrium officio
in baptismo non legitimo, neque co-
rum medicis vtantur, nisi ex inopia
catholicæ. idem *ibid.*
- 6 Antequam eant ad eos, id significant
Ordinarijs, quibus singulis annis trans-
mittant testimonium de confessione, &
communione facta. *ibidem.*
- 7 Alias procedi potest contra eos, vt de
hæresi suspectos. *ibid.*
- 8 Nemo mittatur ad hæreticorum loca,
etiam causa mercaturæ, nisi agant an-
num vigesimum quintum. Prou. 6.
- 9 Neque eant sine licentia Deputati ab
Episcopo, & cum redeunt, ferant te-
stimonium ab Episcopo seu Parocho
catholico, quod ibi catholicæ vixerint.
Prou. 3.
- 10 Qui propè hæreticorum loca habitat,
ea conditione concedatur accessus, ne
die festo illic opus seruile faciant, imò
redeant die festo. Prouinc. 6.
- 11 Nullo modo liceat alicui sua bona
vendere, vt illi constituant domicilium.
ibid.
- 12 Suspectus est de hæresi, qui obdura-
to animo censuris annexus in illis per
annum inforduerit. Trident. *sess. 25. ca-
pit. 3.*
- 13 Bis in anno initio Aduentus & Qua-
drag. moneantur populi à Parochis, vt
reuelent suspectos de hæresi. Prou. 2.
- 14 Si odij, gratiæ, vel amotis, lucri vel
commodi temporalis obtentu contra
iustitiam, & conscientiam omiserit Epi-
scopus procedere contra quemcumque
super hæresi, suspenditur per trien-
nium ab officio. Barbos. *allegat. 111. nu-
mer. 30.*
- 15 Non potest Episcopus absoluere hæ-
reticuni, licet Concil. Trident. conce-
dat ei facultatem ob Bullam Cœnar. de-
cismū referunt DD. apud Barbos. *alleg.
49. numer. 23, 24.*

16 Data

